



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CXXIV. Der Erzbischof von Magdeburg erklärt den Altmärkischen Städten den Anspruch auf ihren Besitz in dem mit dem Herzoge Otto von Braunschweig eingegangenen Vertrage aufgegeben zu haben, am 11. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

cuius etc. Testes sunt hermannus comes de hennenberg, Johannes de buch, hennik de iagow, heineke de crochern, kuneke de Eckstede. Anno domini M^o. CCC^o. XXXVI^o., in die Johannis baptiste.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg, No. LIII.

CXXIV. Der Erzbischof Otto von Magdeburg erklärt den Altmärkischen Städten den Anspruch auf ihren Besitz in dem mit dem Herzoge Otto von Braunschweig eingegangenen Vertrage aufgegeben zu haben, am 11. August 1336.

Nos Otto, dei gracia sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Recognoscimus publice per hec scripta et ad notitiam omnium quorum interest volumus peruenire, quod propter commodum et utilitatem reipublice ac pacem terre generalem super omnibus dissensionibus ac guerrarum discriminibus inter inclitum principem Dominum Ottonem, Ducem Brunsvicensem, et nos jam dudum duratis sumus cum eodem principe penitus concordati. Verum quia eundem principem nec non Stendalensis, Tangermundensis, Osterburgensis, Saltwedelensis ac Gardelogenensis opidorum confules, Scabios et omnes uniuersitates opidorum eorundem propter jus fidelitatis et subjectionis ab eisdem extorquendum, in jus euocauimus ad ciuitatem Neuenburgensem coram iudice et conseruatore nobis per sedem apostolicam deputato, pro huiusmodi iure nostro ac nostre ecclesie eosdem ibidem impetentes, a qua quidem impetitione per meram compositionem recessimus et recedimus, Dimittentes quoque predictum principem, opidanos et uniuersitates memoratos ac omnes alios, quorum interest, ab hujus causa omnino liberos et solutos, eorundem libero committentes arbitrio, quod procuratores suos, de quibus sibi in causa appellationis hujus in curia romana prouiderunt, ad partes poterunt reuocare, nostrisque dabimus in mandatis, quod a litibus hujus cessent penitus et desistant, Presentium nostrarum testimonio literarum, quibus nostrum sigillum in euidenciam premissorum est appensum. Datum Magdeburg, anno domini M^o. CCC^o. XXXVI^o., in crastino B. Laurencii martyris.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsaarchives No. 68.

CXXV. Das Domcapitel zu Magdeburg hebt nach dem mit Herzog Otto über seinen Anspruch auf die Altmark geschlossenen Vergleich den Rechtsstreit auf, den es gegen den Herzog und die Altmärkischen Städte bei der apostolischen Curie anhängig gemacht hat, am 12. August 1336.

Nos Hinricus, dei gratia . . . prepositus, Johannes, eiusdem gratia decanus, Totumque Sancte Magdeburgensis Ecclesie capitulum recognoscimus publice in hiis scriptis et ad noticiam omnium, quorum interest aut poterit interesse, cupimus peruenire. Ad perpetuum commodum et

Hauptst. 1. Bd. XV.